

operari, *ut in l. no omni. ff. de cert. pec. sed intentio sponsi tempore nuptiarum & velationis tradentis prædict. vestes & ornamenta pretiosa & alia, ea est, vt sponsa vel vxor ea deferat in ipso die nuptiarum præcipue, & postea tempore, quo sint maritus & vxor, imo in dictum tempus, expressa vel saltem tacita voluntate sponsi & sponsæ conferuntur, siq; tacitus consensus inter eos super hoc resultat. Ergo idem iudicandum est de his vestibus, ac si post velationem traderentur. Nec obstat nostra lex in verbis supra relatis: quoniam ipsa nõ videtur habere locum hoc casu, sed quando vestes, & ornamenta dantur præcipue tempore, quo durat sponsalia, licet postea etiam durent. At in nostræ questionis casu vestes nuptiales non dantur vt sponsæ, nec vt sponsalia largitas, sed vt vxori, vt in d. l. quod sponsa. & hæc est principalis intentio: quo fit, vt ipsa attendenda sit: quamvis cõtingat eadem vestes aliquo modico tempore ante velationem deferri, iuxta l. si quis neque causam, dicitur. pecunia. cum similibus, & in terminis nostræ questionis sic intelligens nostram legem ita tenet Greg. Lopez in l. 12. tit. 12. part. 4. in gl. pannos excusados, cuius opinionem malo probare, quam contrariam ex prædictis, quamvis Matienç. hic gl. n. 2. miretur Greg. Lop. in hoc dicens, se nescire, quo iure hoc fundet, & sic dicit tenendam esse communem contrariam sententiam: Nam fundamenta huius secundæ sententiæ jam supra adducta sunt: Communis autem quam ipse Matienç. refert pro contraria, non loquitur in hisce donulis traditis tempore nuptiarum, sed ante, ab sponso sponsæ. quo casu nostra lex seruanda est, quæ approbat prædict. opin. iuris communis: ut nos nunc hic agimus de traditis ab sponso sponsæ tempore nuptiarum, in quo versatur nostra questio difficilis & dubium principale: Et quamvis in his terminis Ant. Gom. & Matienç. in sequenti gl. 6. n. 4. prout retuli, teneant adhuc seruandam decisionem nostræ legis: eorum tamen opinio non est communis, nec vera meo iudicio, vt prædixi, sed potius contraria, nempe secundam quam retuli ex Gregor. Lop. Non obstant iura allegata pro priore: Nam procedunt, vt sciatur an valeat ab initio donatio facta ab sponso sponsæ in ipso die nuptiarum: quia si donum est traditum in domo sponsæ, tanquam factum ante nuptias, valebit: sin vero in domo mariti, minime, quod tamen hic nos non querimus, sed an soluto matrimonio prædict. vestes efficiantur vxoris, quando sunt pretiosa & traditæ ab sponso sponsæ tempore nuptiarum.*

2 Superest scite, quod statutum sit in vestibus, ornamentis & alijs iocalibus traditis à viris vxoribus post velationem vel receptas benedictiones nuptiales: In quo Doctores nostri maxime variant, vt constat ex adductis in locis infra citandis, & præcipue ex Montal. vbi supra: Sed omnis eorum opinionibus, vera & communis resolutio est in proposito, quod in dubio, quando non constat an maritus v. luerit donare, nec ne si vestes sunt quotidiane, ipsæ statim efficiuntur vxoris, l. ex anno, in princ. ff. de donat. inter vir. & vxor. si vero sint vestes festiue & iocalia pretiosa, tunc nõ efficiuntur vxoris, nec maritus videtur eas dedisse animo donandi, sed propter se ipsum, vt vxor sua magis ornata accedat, vt in l. mortis sue causam, in princ. d. de donat. in vir. & vxor. Pudore enim ex necessitate coactus id facit maritus in necessitatibus autem nemo liberalis existit, vt in l. rem legatum, d. de adim. legat. Et hoc est verum, nisi consuetudo patriæ aliter se haberet, quia ipsa seruanda erit, vt tenet Bart. in l. si certo. §. interdum, per illum text. d. commoda. vbi cum eo transeunt Bald. Paul. & Fulg. dem Bart. in l. penult. §. serui. n. 3. ff. solut. matr. post Jacob. de Arretin. quem refert dicens ita

pluries consuluisset, ibique sum sequuntur Bart. An g. Paul. & alij: idem Bart. in l. si mulier, §. si vir, d. de donat. inter virum & vxorem, & in l. §. neque Castrenses, n. 2. d. de collat. bon. & in cons. 50. col. fin. sequitur plures referens Matieb. de Afflic. dec. Neapol. 3. 15. n. 2. & sequent. Et hæc est vera & magis communis resolutio, vt constat ex Ant. Gom. in d. 52. Taur. n. 4. & Rol. à Valle, cons. 10. n. 11. & sequentibus, lib. 1. & Jul. Clar. lib. 4. recept. sententiarum, §. donat. quæst. 10. in vers. successione, quæro, Menoch. de Arbitr. iudic. casu 218. n. 1. & 3. vbi plures idem tenentes allegant: Quam etiam esse veram & communem resolutionem testatur Matienç. hic gl. 5. n. 1. plures referens: & probari videtur hodie in d. l. 23. tit. 11. part. 4. in §. l. dum dicit: e. Asi si la muger tuuiera pannos excusados que su marido le aya dado, si el muere, luego dove son ar estas tales pannos consus aparatos a los herederos del marido: e la tena para si los pannos que traxo. Licet ibi lex non loquatur in pannis festiuis & pretiosis, sed de esclufa & quotidianis, vt aduersi ibi Greg. Lop. Imo hoc procedit, secundum plerisque ex prædictis, etiam si maritus tradidisset vxori prædict. vestes, non simpliciter, sed dicendo quod donabat: quia secundum subiectam materiam videtur tantum ad vltim concedere, nisi alias expresse constaret habuisse animo donandi, quæ sententia est Bart. in d. §. neque Castrenses, n. 20. atque communiter recepta, secundum Rol. à Valle, vbi supra, n. 15. & 16.

Supradictam etiam communem sententiam priorem limitat & secundum Salazar in tractatu de usu consuetudine & stylo curiæ, 7. n. 12. in magnatibus Regni, & opulentissimis viris. Diuitiæ etenim adjectæ nobilitati faciunt vt præstatur donatio: sed & adhuc in his personis, iuxta reu traditur rationem, & qualitatem habere locum suprad. communem distinctionem existimo, quamvis plus deferendum sit horum vxoribus, quam ceterorum, vt infra n. 9. dicitur.

Aduertendum tamen est, quod eo casu, quo de expressa & vera donatione constat, requiritur perseverantia ita vt per silentium morte viri confirmetur huiusmodi donatio, et in l. cum hic status, cum similibus, ff. de donat. inter vir. & vxor. alias enim si à viro reuocetur, non valebit, vt in specie cum Soc. & Alex. tenet Matieb. de Afflic. vbi supra, n. 5. & 6.

Maxime tamen contingit dubitari in praxi in proposito quæ dicantur vestes de esclufa & festiue, siue pretiosa & quæ quotidiane? Et hoc relinquendum esse arbitrio iudicis, considerata personarum qualitate, existimavit Ioan. de Imol. in d. l. penult. §. 1. quem & alios referens sequitur Greg. Lop. in d. 23. in gl. supra. d. n. vers. dicendum ergo videtur: Rol. à Valle, & Jacob. Menoch. vbi supra, n. 17. hic n. 1. & testatur hanc sententiam esse communem Matienç. hic gl. 5. n. 3. in quo etiam consuetudinem patriæ inter similes personas, de quibus agitur multum, prodesse atque considerandam esse existimo, vt iudex arbitrari rectius possit in quolibet negotio, que vestes dicantur festiue & pretiosæ, quæue quotidiane, vt distinctio suprad. communis l. Regia patriæ suprad. probata obseruetur, argum. l. si de interpretatione ff. de legib. vbi quo optima est legum interpres consuetudo. Omnis enim dispositio recipit interpretationem à consuetudine, secundum Innoc. in colim. de verb. sign. quem refert & sequitur Abb. in c. certificari, in princ. de sepul. Fel. in c. M. n. 6. de consuet. vbi additio allegat Socin. cons. 1. o. incip. abunde, vol. 1.

Addit Greg. Lop. vbi supra, illos pannos dici quotidianos sine quibus mulier non potest in publico comparere, & quibus vitur quotidie in publico, secundum Bald. quem refert: & quod etiam illi, quibus communi-

ter vitur etiam in diebus festiuis, dicitur quotidiani: quam sententiam probauit etiam Auend. lib. 2. 15. prat. n. 6. & ipse quoque veram et tenendam esse existimo: licet Palat. Rub. in repet. rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 11. numer. 6. pagin. mibi 1. 4. aliud velit in illis, quibus vxor vtebatur in publico comparando in diebus festiuis.

9 Sic etiam si bñs fuit determinatum in Consilio Neapolit. quod vestes de serico inter nobiles Capuanæ & Nidi transmissæ post cõtractum matrimonij per verba de præsentij, vxori non traduntur: sint donatæ: quia sunt ad vltim nobilis mulieris, ex quo nobiles mulieres vitur communiter ad vltim quotidianum ita ferica, licet sint pretiosa: Aurum autem in collario vel catena, & cannaca & magnificæ & gozelam de auro, annuli cum gemmis, quia sunt res magni valoris, etiã expresse dantur vxori, non valet, nisi morte confirmetur secund. Aff. vbi supra, n. 4. dicitur quod in alijs personis ferica vestimta & margaritæ & purpura erit res pretiosa, & num. 13. assertit fuisse conclusum, quod in hoc multum versetur iudicis officium, considerando, quæ res sint pretiosæ, & quæ non considerata qualitate personarum & dotis quantitate: Sunt enim aliquæ mulieres secundum Menoch. vbi supra, quæ inter pretiosas vestes & iocalia non habent vestes fericas, annulos & aures paruas torques, vt sunt vxores opulentissimorum vel principum & similibus, quæ hæc in vlti quotidiano habent. Sunt etiam aliquæ, & e contra, quæ hæc inter res pretiosas habent, & quæ diebus festiuis tantum & solemnibus deferent. Vera est igitur communis supra relata sententia Imolæ, vt hoc relinquatur arbitrio iudicis considerata qualitate personarum & dotis quantitate. Cum igitur hæc ita se habeant, eadem distinctio vestium Socialium festiuorum & pretiosarum, atque quotidianarum seruanda erit in datis ab sponso sponsæ tempore nuptiarum & velationis ante benedictiones solemnes, ac si data fuissent postea, nẽpe, vt pretiosa pertineant ad maritum & eius heredes, quotidiana ad vxorem & ipsius heredes, secundum rationem suprad. in nostra questione principali, quam dixi tenendam.

SUMMARI A.

- 1 Filius tenetur conferre vestes & ornamenta pretiosa exstantia, quæ pater eius tradidit suæ matri, hoc est, sponse ipsius filij, non vero quotidiana.
- 2 Sed in pretiosis collato fiet, non secundum valorem, qui erat tempore traditionis, sed tempore quo conferuntur.

Eadem l. fin.

QUESTIO XX.

QVÆRO tertius circa eandem l. 4. quid in vestibus & alijs ornamentis exstantibus traditis à patre sponsi, matri vel vxori filij, an filius teneatur ea conferre diuisione honorum patri, nec ne? Et patrem affirmatiuum constanter tenet quæ probat Doct. Ant. Gomez. in l. 29. Taur. n. 15. id extendens, etiam si prædict. res sint iam consuetæ vel deteriorata. Nam filius hoc casu conferet affirmatiuonem, cum talis donatio valeat & censetur facta ob causam matrimonij & facta contemplatione filij, tanquam si ipse filius donaret modo soluto matrimonio debeant redire ad filium, modo debeant remanere penes sponfam vel vxorem, per osculum vel per copulam, vel mortis confirmationem, iuxta l. sed si plures, §. in arrogato, ff. de vulg. & pupill. l. 1. §. 2. Taur.

Sed nihilominus & in hoc casu seruanda est distinctio supra in quest. præcedenti posita, nempe quod vesti-

menta & ornamenta pretiosa exstantia: veluti torques, perla & huiusmodi tradita à focero matri, imputabitur in partem filij, licet venient in collatione, & quia sunt locati, vt in l. minoris, in ff. de donat. inter vir. & vxor. Vestes vero quotidiane & necessariae non sunt conferenda, sed erit mulieris propria, quia ab initio tenuit donatio inter focerum & nurum, vt in l. ex anno, ff. de donat. inter vir. & vxor. quæ distinctio probatur argum. sex. in l. id vestimentum, ff. de pecul. per quem text. eam in terminis tenet Bald. in l. filia, colum. 5. vers. sed circa vestes, n. 4. C. fami. exi. cum, & in l. si paruum, C. communia vtriusque iud. quem refert & sequitur Rol. à Valle cons. 10. num. 12. lib. 1. & ante eum Nivellans de Vbsto de successio. l. 1. in l. 5. quæst. num. 27. volum. 7. tract. diuers. Doct. fol. 2. 71. sequitur etiam Syluest. in summa. vers. pecul. num. 2. num. 12. limitans primum membrum huius distinctionis de vestibus pretiosis loquens, nisi magna dignitas vel diuinitas cumulus præsumtionem faceret in contrarium, vt in l. filius, ff. de donat. sequitur idem Angel. in sua summa, verb. peculium, num. 21. Armilla aurea eodam verbo, numero vltimo primo, & Nauar. in Manual. c. 17. n. 166. Adde tenses prædict. vestes & ornamenta pretiosa imputanda esse in partem filij nõ secundum quod valebant, quando fuerant emta, sed quantum valent nunc tempore collationis atq; distinctionis: quod & probat Additio Bald. in d. l. filia, d. n. 1. 4. littera B. alios referens.

SUMMARI A.

- 1 Vxor sine licentia mariti an possit donare causa mortis & n. sequenti. resolutur negatiue.
- 2 Adules habens curatorem potest donare causa mortis.
- 3 Potest etiam testari sine licentia curatoris, & non compelli sibi testis iudiciali aduersus testamentum: sed contrarium est verius & receptum, vt in nu. 7.
- 4 Vxor sine licentia viri potest testari.
- 5 Vxor absque licentia viri non potest donare causa mortis.
- 6 Vxor hodie minime poterit primogenium influere ex contractu inter vivos absq; licentia viri in testamento tamen vel in alia vltima voluntate esse potest.
- 7 Licit. tit. 4. part. 5. in collectiui.

L. 55. Taur. hodie l. 3. tit. 3. lib. 5. Nou. Collect. Reg.

QUESTIO XXI.

QVÆRO quæritur l. 55. Taur. quæ hodie est l. 3. tit. 3. lib. 5. Nou. Collectio. Reg. an vxor sine licentia mariti possit donare causa mortis? Et pro patre affirmatiua facit, quoniam adules habens curatorem, non potest contrahere sine ipsius curatoris auctoritate, vt in l. si curatorem habens, C. de in iure. restit. m. & in l. 4. & 5. tit. 11. part. 6. Et tamen potest donare causa mortis, quia ad libitum potest eandem donationem reuocare, vt tenet plures, quos retuli in meo tractatu de Iuramento Confirmatorio, 1. part. c. 13. num. 6. & alij allegati nouissime per doct. Polin. de Hispan. primogen. lib. 2. cap. 9. num. 9. estque receptor opinio, secundum Matienç. in l. 7. gloss. 2. n. 20. tit. 10. lib. 5. Nou. Collect. Reg. sicut potest testari sine licentia curatoris, vt in l. Aurelio, §. Causa, ff. de liber. legat. & vbi gloss. & Doct. Doctores etiam in l. cum pater, §. curatoris, ff. de leg. 2. Matienç. vbi supra, n. 21. plures referens. Adeq; vt aduersus testamentum ipsius non possit peti in integrum restitutio vt resoluti, vbi §. m. 1. & 2. Ergo ita & eod. modo videtur dicendum, vt vxor absque licentia viri sui possit donare causa mortis, quia quæ potest testari, potest donare causa mortis, vt in l. vlt. 4. p. §. in vers. La tercera es.



nem pro pupillo suscipere, vt hæc omnia congerit Guid. Papæ de offi. 370. tamen in his que ad commodum pupilli simpliciter spectant, valent gesta per tutorem etiam præmissis quinque non interuenientibus, vt tenet Bart. per text. ibi in l. tutor qui reperiuntur, ff. de adm. l. i. v. or. et in l. legimus. n. 9. ff. de leg. tutor. quod ex factis consulti Socin. consil. 153. n. 4. et c. vol. 2. quod ex factis consulti Socin. consil. 153. n. 4. et c. vol. 2. quod ex factis consulti Socin. consil. 153. n. 4. et c. vol. 2. quod ex factis consulti Socin. consil. 153. n. 4. et c. vol. 2.

Quarto facit gloss in l. cum bi. S. eam transactionem, verb. al. m. en. ar. per rex. ibi ff. de transact. vbi tenet, quod si ecclesia vel minor vendat rem suam in causâ non concessam, tenet venditio, si fecerit conditione suâ meliorem, vt in l. si fundus sit sterilis. ff. de reb. et. rum. et in princ. l. i. ff. de auct. et. v. or. quam opinionem dicit veriorum Decius in c. ecclesia Sancti. Maria, n. 9. de consuet. Rip. lib. 1. respons. c. 1. n. 60. Dominie, post Archid. in cap. terrulas, 12. quæst. 5. Fabian. de Monte de em. son. et vendit. quæst. 5. col. ante penult. Chassan. in consuet. Burgund. rubric. 4. S. verb. contra iuris, in princ. et sequuntur plures relati per Addit. Bernardi. Diaz. in reg. 6. o. et esse communem constat ex Oroscio in dicit. S. eam transactionem, n. 4. quam probauit et Auend. cap. 4. prat. n. 41. lib. 1. in quo constat de notoria et euidentiissima minoris vel ecclesie vilitate.

Et quamuis prædictam opinionem plerique omnes communiter reprehendant, secund. Iaso. in dicit. S. eam transactionem, n. 2. Rip. in l. i. cui bonis, n. 47. ff. de verb. oblig. eundem Iaso. in l. contra iuris, in princ. n. 9. ff. de pact. et Tiraquel. post leges commutabiles, gloss. 8. n. 62. et Felim. in cap. causan, n. 8. col. penult. de iudic. et Loazes in re. per l. si iustitiam, 5. diu. n. 40. ff. de legat. 1. et in tractat. pro Reg. Angliæ. dubio 7. Arias Pinel. in l. 1. in 3. part. n. 31. cum sequenti. C. de bon. mat. et Addit. Bernardi. vbi supra, de qua controuersia latissime agit doctor Sarmiento de reddit. ecclesie in prim. part. cap. 1. per totum, et in capitul. sequenti. vbi probat hæc secundam dicens esse communem.

Adest tamen concordia communis inter has opiniones, quæ facit pro hæc eadem secunda parte nostre questionis principalis, nempe quod licet huiusmodi alienatio non valeat, hoc tamen sit verum in præiudicium eius qui cum minore vel cum ecclesia cõtraxit: si tamen ecclesia vel minor videant contractum sibi expedire atque vtile esse, poterunt eum approbare atque ratificare, adhibita postea debita iuris solemnitate, itaque aduersarius non poterit ecclesiam vel minorem compellere, vt ratificaret contractum, sed erit in ipsorum electione. Attamen bene poterit petere, vt intra breuem terminum declarent, an velint stare contractui et ipsam ratificare, nec-ne, ne ipse perpetuo obligatus, vt colligitur ex gloss. in capitul. prim. verbo, Sede vacante, que tenet posse Episcopum ratam habere alienationem rerum ecclesie absque solemnitate Sede vacante factam: quam gloss. plures referens sequitur doctor Couarruias in practice. quæst. c. 28. n. 10. in 2. sic hæc sententiam ex eo probamus: vbi ampliat in minore et ecclesia: et supradictam resolutionem et concordiam in nostris terminis probant Fulg. n. 2. l. i. etiam n. 2. vbi dicit esse communem in dicit. S. eam transactionem, post Innocen. in ca. 1. de his que fiunt à pra. l. 1. et c. communis concordia, secundum Oroscio in dicit. S. eam transact. n. 6. et Pinel. vbi supra, n. 34. asserit communem Tiraq. vbi supra n. 92. et additio Bernardi. Diaz. vbi supra plures allegans et ipse Bernardi. in reg. 219. vbi ff. Abb. consil. 89. lib. 2. D. Sarm. vbi supra. alius allegat S. Marien. in presen. l. gl. 1. n. 15. qui omnes dicit claudicare in ea specie contractum arguunt. Julian. S. si quis a colludend.

ff. de alion. emp. vbi si quis cõtrahat cum pupillo, claudicat contractus, ita vt si pupillus videat illa esse sibi vtile, possit eum approbare, quem text. in hæc specie notauit Cæpoll. in l. final. n. 2. C. de vsu. cap. pro em. et doctores supra citati limitant vno casu supradictam concordiam, vt apud ipsos videti potest.

Ex qua communi resolutione et concordia satis patet, remanere hæc secundam partem pro decisione nostre questionis bene fundatam, atque ita inuenio, quod Palat. Rub. in re. per. rubr. de donat. inter virum et uxorem, §. 68. numer. sexti. et Anton. Gom. in dicit. leg. 55. Taur. n. 10. secund. plures allegantes probant, quod si contractus factus à muliere sine licentia viri, ipsi vel marito proficuus vel vtilis, bene valet et tenet, quos sequitur Baeca de non meliorand. ration. dot. filib. cap. 11. n. 54. fol. 81. et ante eos Iaso. alios allegans in l. qui iurasse, in princ. numer. secund. ff. de iur. iur. ad. et in leg. contra iuris, in princ. numer. sequim. et ibi Ioanni. Oroscio. nu. prius. ff. de pact. sequitur etiam Mench. de success. creat. §. 24. numer. 4. doct. Cast. in hac l. 55. in gl. non valis, in vers. forma vna. quæstionem, Mariens. in presenti alios allegans gloss. i. numer. 14. et sequentibus pro quo facit lex hæc 55. dum permittit mulieri adire hereditatem sine licentia mariti cum beneficio inuentarii, et non alio modo, nam hoc ideo, quoniam sic adita nullum dampnum afferre potest, sed commodum, vt in l. fin. S. et si præfatus, cum concordans. C. de iur. delib.

Nec obstat l. 59. Taur. hodie l. 6. infra hoc tit. vbi habetur, quod quando maritus est abiens et non speratur venire de proximo et cõtractus appareat vtilis mulieris, potest adiri iudex, vt præstat licentiam in defectum et absentia mariti: sentite ergo licet videtur, quod etiam si contractus sit vtilis mulieri, non potest fieri sine licentia mariti vel eo absente, iudicis: in quoniam respondet et recte Anton. Gom. ibidem n. 2. id procedere, vt cõtractus sepe et perpetuo valeat et teneat, licet postea deficiat vtilitas contractus: sed in nostro casu et questione vtilitas debet durare, vt valeat contractus celebratus sine licentia viri.

Quinto et principaliter pro eadem sententia facit D. 12. Archid. Ioan. And. et Dominic. in rub. de eo qui mittitur in possessione, caus. rei seruand. quos sequitur Dec. consil. 12. n. 13. in princ. tenentium, quod quamuis actor sit missus in possessionem bonorum debitoris et post annum efficiatur verus possessor, hoc intelligitur si ipse velit, non alias.

Sexto, et vltimo pro eadem parte facit glo. celebris in l. et eleganter, verb. nullam, ff. de dolo, que tenet, quod licet licet dolo dans causam contractui bonæ fidei, reddat eum ipso iure nullum, vt in illo tex. quod et tenet cõmunis et receptissima doctorum sententia, vt per doct. ibidem, et in §. alionum, in l. i. ff. de acq. iur. sibi, nu. 30. Gomez. 12. Zafium, 45. Couarruias in regul. possessio, in 2. part. §. 6. numer. sexto, et Ioan. Igneum in l. contra. Elus ff. regul. iur. numer. 40. et in nouioribus, numer. 165. et alibi passim. hoc tamen procedit ex parte non committentis dolum, quia non tenetur, si non vult: vero qui committit, teneri potest, si deceptus vult, vt in l. transact. C. de transact. ita gloss. supra dicit. et ibi Bart. n. 3. gl. etiam in dicit. l. transactio finita, verb. magis, vbi Paul. Cast. in fin. Idem sequitur gloss. similis in l. iuris gentium, §. vtor ait, verb. dolo malo, ff. de pact. vbi etiam sequitur Bald. Angel. Alexand. et Ias. et constat esse communem ex Oroscio ibi, n. 1. gloss. etiam in l. in causa, la. sequenda in princ. verb. ne inter maiores, ff. de minor. gloss. in l. sterilis, §. quamuis, verb. etiam, ff. de act. em. dicit communem Angel. in §. alionum, numer. 4. idem Ias. in dicit. l. transact. numer. 7. et in dicit. S. eam transactionem, n. 3. l. cum bi, ff. de transact. Bern. Diaz. multipl. limitans in reg. 24. restatur communem Anton. Gom. 2. tom. c. 1. numer. 22. col. 2.

col. 1. et plures referens doct. Anton. de Padilla in dicit. l. 14. transactio finita, numer. 5. C. de transact. poterit tamen decipiens agere atque in iudicio compellere deceptum vt declarare, an velit stare cõtractui vel illi rescindere, licet modo dicebamus in cõtractui à minore vel ecclesia celebrato absque iuris (conlimitatibus) per text. optim. in l. Iulian. S. si quis collud. ff. de act. em. atque in specie id probant doct. vbi supra præcipue duo ex nostris vltimo loco supra allegati: Ergo ita et eodẽ modo in proposito nostre quæst. dicendum esse videtur, vt sit in electione mulieris contraheris absque licentia viri sui, an velit stare cõtractui, nec-ne, aduersarius autẽ minime possit nullitatem eiusdem cõtractus opponere nec allegare mulierem, sed tãtum agere, vt ipsa declaret an velit stare eidem, ipsamque debita forma ratificare, nec-ne, per supradicta.

Et in terminis nostre questionis, in calu statuti prohibentis mulierem contrahere sine consensu duorum propinquorum, siue consanguineorum inuenio hæc secundam partem tenere atque probare Paul. de Cast. consil. 91. et in causa appellations col. 3. vers. dicitur non fuisse lib. 1. vbi inquit, quod si mulier stante prædicto statuto sine prædicta solemnitate se obligauerit vel alium actum gesserit, poterit ea id statutum allegare contra alios, alii autem non possunt allegare contra eam, in cuius fauorem factum est prædictum statutum, vt notatur per gloss. in l. bis consequenter ff. famul. et cõfund. secundum ipsam: quam doctrinam Pauli refert et alios comprobat Tiraq. in tractatu de mort. 7. part. declarati. numer. 5. et nouissime Pelæz de maiorat. 4. part. quæst. 23. numer. 15. vbi expressim eam notat ad intellectum nostri iuris legum 54. et 55. Taur. Vides præ duas partes contrarias fundatas: quid tenendum? Ego quidem hæc vltimam eligo tanquam veriorẽ, per omnia supra dicta, quibus rebus est ipsa probatur: quam limitandam esse existimo, quoniam cõtractus gestus à muliere sine licentia viri, licet sibi sit vtilis et proficuus, marito tamen eius esset præiudicialis, et pars aduersa, quæ cum vxore eius contraxit, nolle ei stare, quia sua interest contractum non feruari, tunc etiam cum hæc leges Regiæ prohibentes mulieres contrahere absque licentia viri, non tantum concernant ipsam fauorem, ne scilicet per fraudem et circumuentionem fraudetur, sed etiam vitiorum, ne illis ex cõtractibus finatur mulierum præiudicium fiat, vt expressim seruat Palat. Rub. in re. per. rubric. de donat. inter virum et uxorem, §. 68. numer. 2. et 3. et doct. Castell. in hac l. 55. Taur. gloss. 1. vers. sed quæro hic quare mulier, dixit in meo tractatu de iuramento, 1. part. cap. 1. numer. 49. et 59. et vltra ibi dicta probat optime Baeca de non meliorand. ration. dot. filib. cap. 11. numer. 60. et sequenti bus, §. 82. dicens, quod licet innumeri teneant, quod huiusmodi statutum videtur factum ob imbecillitatem mulierum, tamen inspectis legibus Regiis, manifeste colligitur legem præcipue respexisse, ne marito dampnum fiat, vt probari videtur in hac l. 33. Taur. ibi, Desario el vtriusque: Ergo fauore mariti hoc statutum, alioqui si propter imbecillitatem vxoris, certe nec soluto matrimonio posset ipsa sola contrahere: tunc enim inbecillior est, quia est destituta consilio viri: et nouissime eandem opinionem alios referens probat et tenet Martien. in l. 1. gloss. 1. numer. prima, et secund. hoc tit. 3. lib. 3. Noua Collectio Regiæ. Quæ ratione resoluimus huiusmodi contractum mulieris sine licentia viri celebratum non infirmari iuramento: quia tendit in præiudicium mariti in nostro tractat. de iuramento. Confirmat, 1. part. cap. 1. numer. 36.

Alii poterunt allegare præd. nullitatem aduersus ipsam mulierem, quæ cõtractus sit præiudicialis ipsius marito in cuius fauorem etiã condita sunt h. g. ll. Nec

obstat iuris regula, quæ habet quod non possit quis exicipere de iure tertii, vt in l. luc. corpus, §. competis, ff. si seruit. vendic. et in l. si quis Antonius, §. si vero nullum, C. de prescrip. 10. annorum. licet poterit replicare mulier suo aduersario excipienti de his legibus. Non potes tuus tertii, id est, mariti mei opponere: quia quoad te liberas ædes habeo, vt in dicit. S. competis. non inquam hoc obest quia supradicta regula tunc obtinet, quando ius tertii non est exclusiuum iuris agentis, vt colat ex dicit. S. competis, et notat ex eo ibi Bart. At in proposito hoc ius tertii, et licet mariti, est exclusiuum iuris mulieris agentis: quod patet, quia in præiudicium mariti nullus est cõtractus vxoris absque mariti licentia celebratus, adeo nec ciuili, nec naturalis obligatio oritur, licet si eadem contractui accesserit fideiussor, imminue tenebitur, vt late probatur vbi supra, numer. 5. et seq. Ergo aduersari mulieris poterit de hoc iure opponere, præcipue cum sua interit contractum præd. annullari, quo casu procedit nostra limitatio, nam beneficio mihi competenti ex iure alterius possum eo inuito vt contra alium vt in l. si post mortem, §. si ff. de bonor. possess. contra tabul. vbi id notat expressim Bartol. et inquit ex eodẽ text. idem Bartol. in l. qui cum herede, numer. 1. ff. de except. re iudic. in quodam membro sui magistralis distinctionis super intellectu regulæ supradictæ, quod potest quis vt iure tertii aduersus alium, quando illud ad hoc tendit, vt aliis proficit, licet ipso iure non elidat ius agentis.

Secundo supradicta nostra sententia generalius limitari potest, vt intelligatur, quando à principio dum actus gerebatur, non fuit opposita hæc exceptio per partem aduersam: secus si statim ante iudicium vel actum consummatum oppositum fuit de defectu licentia mariti, nam talis oppositio reddit actum nullum, et iudex ex officio suo potest à principio vxorem agentem non admittere et à iudicio repellere, ne iudicium reddatur illusorium, vt resolutus in dicit. tractatu de iuramento Confirmatorio, 1. part. capitul. numer. 27. et 38. et in terminis dicit. non ideo inueni. tenet Bald. in capitul. 1. numer. 14. de rescriptis quem sequitur Ias. in dicit. l. non ideo inueni. numer. 1. Palat. Rub. in dicit. repet. Rubric. de donat. inter virum et uxorem, §. 68. numer. 7. ex quo idem tenet in nostris terminis huius scilicet limitationis: Eadem limitationem generaliter respectu minoris et ecclesie et personæ priuilegiatæ sine debita solemnitate contrahentis probatur plures referentes Arias Pinel. in l. 1. in 3. part. numer. 33. C. de bon. mat. et c. et Ignacium Salzed. in addition. Bernardi. Diaz. dicit. reg. 65. in fin. et Martien. in presen. gloss. 1. numer. decim. quinti. Pro qua limitatione etiam facit alia vera et recepta sententia ex l. licet, C. de procurat. relata per Arriam Pinel. vbi supra dicit. numer. 35. et Martien. dicit. numer. 15. que habet, vt quis non possit ratum habere gestum à falso procuratore, quando defectus mandati oppositus fuit ante finem actus: sic etiam ratihabitionis satisfactio ante litis cõtestationem à procuratore exigi debet et sic opponitur de defectu mandati, aliàs enim post litem cõtestatam eam exigere non potest, nec ob id iudicium erit nullum, vt in l. Ponponius, §. ratihabitionis, §. de procurat. l. 10. ad fin. et 5. part. 3. Postremo hæc limitatio cõprobatur ex traditis super l. 5. infra eadem titulum in secunda questione.

Et tenendo supradictam secundam partem negatiuam cum suis limitationibus præd. non obtant adducta pro parte affirmatiua, nempe quod æqualitas in iudicio seruanda sit scilicet dilatoriis concessa ad instantiam vnius partis, cum veritate sit communis, non posse renuntiare impetrantem in præiudicium alterius partis: quia respondeo id quidem verum esse in dilatore et aliis rebus concessis iure cõmuni: tunc enim

alter in alterius praejudicium eidem renuntiare non poterit, cum in iudiciis sit servanda aequalitas, sicut diximus in scripto in iudicio semel producto, sec' vero in concessis iure speciali & extraordinario vni parti & ad instantiam ipsius: quia tunc potest impetrans, inuito aduersario & in praejudicium ipsius illis renuntiare, ut in dict. l. si iudex circumuento, vt est t' praedictum. Quare ex supra dictis verius est, termino concessio de iure speciali, posse impetrantem renuntiare, ne aduersarius eo vtatur, vt tenuit Bart. in dict. l. si post mortem, §. fin. nu. 2. ff. de honor. possess. con. a tabul. quem in hoc sequitur Bald. in dict. l. postquam. num. 13 C. de pact. & post alios etiam probauit Tiraquel. de retrac. in linag. vt ad si. titu. 1. nu. 27. Et hanc dicit veritatem Menchac. de success. creat. §. 2. num. 6. licet postea dicat Cogitabile Sequitur etiam Didac. Perez in rubric. tit. 6. lib. 3. Ordinanen. vet. column. 978. in si. Nec enim Anton. Gomez in dict. l. 22. Taur. num. 24. qui contrariam opinionem dixit magis communem, et supra retulit, aliquem doctorem eam tenentem allegauit nec eam probauit, vnde eidem no est credendum, sed potius Bart. & alii contrarium asserunt, motis optimo tex. n. dict. l. si iudex circumuento ff. de minorib. dum tamen eorum opinionem vera esse & procedere intelligamus concutierte ratione text. n. d. l. si iudex circumuento, nempe in termino concessio vni iure extraordinario & speciali non vero vtrique parti pariter, licet in conuentionem ius illud veniat aduersario ex persona privilegiati, eiusq; vni; tunc enim merito, quod beneficio mihi competenti ex persona tua, non vtat te inuito, in casu dict. l. si iudex circumuento, & similibus ita deducitur ex Bald. in l. si arrogator. in fin. ff. de adopt. & ex eodem in l. per hanc. num. 20 in fin. C. de tempor. appell. & Tiraquel. vbi supra: locus vero in iure speciali, quod ratione privilegiati, cui competit, vtrique conceditur, & sic alteri principaliter ratione minoris communicatus, proce contingit in termino per viam restitutionis concessio iure Regio minori ad probandum, post publicationem, is enim comunis est alteri parti, vt in l. 3. estulo oclauo, supra libro quarto. Ergo eidem iam concessio renuntiare minime poterit minor, ecclesia vel communitas, cui conceditur in praejudicium alterius partis nec ipsa inuita, ex quo iam sibi pariter communis factus fuit a lege eique acquiritus: Ita nouissime (nunc post huius operis primam editionem visus) tenet Azeuedo in dict. l. 1. num. sexagesim. cum sequent. vbi id aliquibus modis limitat. Sed & plures alias questiones circa has leges Regias requirentes licentiam mariti ad contractus mulierum celebrandos examinari in dict. cap. 1. 2. parte de iuramento confirmator. num. 33. & sequentibus. Ideo hic eas non repeto.

SVM MARIA.

- 1 Maritus an post mortem vxoris possit ratificare contractum ab ipsa gestum absque eiusdem viri sui licentia? negatur.
- 2 Testator non presumitur velle, quod ipse non loquitur.
- 3 Actus non potest haberi ratius eo tempore, quo non potest celebrari.

L. 85. Taur. hodie l. 5. titu. 13. lib. 5. Nou. Collect. Regie.

QUESTIO XXIII.

**Q**UARO t' circa legem §. eiusdem tituli quae habet. Que el marido pueda ratificar lo que su muger buuiere fecho sin su licencia, no embargo que ea dicha licencia no aya precedido, ora la ratificacion se general, ora special, An maritus mortua vxore possit consentire, & sic ratificare contractum gestum ipsa in vita absque

que eius licentia? Et posse videtur, quia cum requiratur consensus mariti, quando cumque interuenierit, sufficit iuxta notata per Bar. in l. si quis inibi bona. S. iussum. num. 5. ff. de acquirend. hered. vbi tenet, quod quando lex disponeat, quod interueniat consensus seu voluntas alicuius, sufficit siue precedat, siue sequatur in continenti vel ex intervallo, iuxta l. 1. C. ad Mac. eademque existimat Bart. dispositio diceret quod aliquid debeat fieri de licetia, vel praeccepto vel permissione alicuius, quia sufficeret, quod interueniret post sequitur Palat. Kub. in rege. Rubrica de don. inter vir & vxor. §. 68. num. 27. & sequentibus, late D. Castell. in l. 55. Taur. in glo. no vada, versio. & nunc formo vnam questionem, & ibi D. Anton. Gam. n. 6. Secundo ad eade sententiam conducunt verba generalia nostrae legis dicitis: Que el marido pueda ratificar lo que su muger buuiere fecho sin su licencia. Nec assignat vel limitat tempus, intra quod possit ratificare: Ergo quocumque tempore id fiat, sufficit, cum lex non distinguat: argumen. l. de pretio. ff. de public. in rem action. cum similib. praemaxime, cum ratio harum legum sit, vt sapius dixi, ne fiat praeiudicium mariti: Si ergo ipse consentit, quocumque tempore id faciat prodest, cum ob ipsius praecipuum fauorem licetia eius requiratur: In manu igitur mariti erit ratificare contractum ab vxore celebratum absque eius licentia, quando cumque voluerit, cum iure propria quilibet licet moderato & arbiter, vt in l. in remandata. cum similib. C. mand. & alius no possit opponere de speciali remedio huius legis & similibus, praeter eum, in cuius fauorem introductae sunt, vt questione praecedenti resoluimus. Praeterea si necessario requiretur, ratificationem hanc, vt valeret, fieri vivente vxore, id lex exprimeret: Ergo hoc non requiritur. Si enim contrarium vellet nostra lex, nulla erit difficultas coniunctum id disponere, vt hoc modo de voluntate testatoris argui l. vnic. §. vbi autem, in versio. si autem ad deficientis, C. de caduc. solle. d. vbi ex illo text. notat Baldus non praesumi velle testatorem, 2 quod ipse non loquitur: quod dictum valde notandum reputat Alexand. in l. 3. in fin. C. de lib. pret. & alij plures consulentes, eosque referens Roland. a Valle conf. 68. nu. 55. lib. 4. Idem ergo dicendum videtur in legis nostrae dispositione, quod in testatoris voluntatis interpretatione, praesumit dict. Cum voluntas testatoris sit lex, vt in Authentica. de nupt. §. disponat. collatio 4. cum similibus.

Nihilominus tamen contraria opinio, imo quod maritus non possit mortua vxore ratificare ipsius contractum, & sic, quod ratificatio mariti post mortem ipsius vxoris non sufficiat ad reuocandum contractum ab ea celebratum sine mariti licentia, est verior & tenenda. Primo, ex doctrina Bart. in l. tam in §. 1. in fin. nu. 6. ff. de don. caus. mort. vbi tenet, quod quando consensus patris interuenit ex post facto donationi causa mortis a filio factae, debet filius perseuerare in eadem voluntate donandi, ad hoc vt donatio conualecat: Ergo ita in proposito dicendum est, quod ad hoc vt ratificatio mariti sit valida & sufficiat, debet vxor perseuerare in eadem voluntate priori: sed si ratificatio fit post mortem vxoris ipsius voluntas est iam extincta, vt in l. 4. ff. locat. cum similibus. Ergo in priori non potest dici tunc perseuerare, cum sit mortua, nec habeat velle, nec nolle, & sic ratificatio mariti nihil operatur. Secundo haec eadem sententia eo potissimum fundamento probatur. Nam contractus ab vxore celebratus sine licentia viri sui ab ipso principio fuit nullus veniebat tamen validandus & corroborandus & ex consensu & ratificatione mariti facturo, si que interim erat in pendenti: siue ergo dicamus, quod sequuta ratificatione mariti contractus vxoris confirmetur, vt ex

nunc

QUESTIO XXIV.

**Q**UARO secundo circa eandem l. eod. tit. & lib. an ratificatio haec, de qua in hac l. fieri possit semper & indistincte: an vero ita demum, si ab aduersa parte non est oppositum de desistit licentia mariti, & sic de nullitate actus ab hoc? Et videtur nostra leg. generaliter & indistincte loqui & sic ratihabitione fieri semper posse, praecipue quia ratihabitione retrotrahitur & madato comparatur, vt in regul. iuris, & in l. si. C. ad Macedon. Ergo sicut a principio intervenisset mandatum & licentia viri, valeret contractus ab vxore gestus cum praed. licentia: eodem modo valebit ex post facto sequuta praed. ratihabitione, non obstante oppositione ab aduersa parte facta de defectu licentiae mariti.

Nihilominus tamen contrarium est tenendum, imo quod haec ratihabitione maritica demum proficit, atque contractum valide ratihabitione praecedente sine licentia viri celebratum, si fiat antequam opponatur ab aduersario contractum esse nullum propter defectum consensus vel licentiae, per nostram leg. quae ita debet intelligi: secus vero erit, si ratificatio fiat postquam fuerit pro aduersarium oppositum, quia tunc ratihabitione non valebit praedictum in tertij, qui prius defectu licentiae opposuit, quae resolutio corroboratur ex traditis supra in secunda limitatione ad sententiam, quam tenui in 2. quaest. quam firmavi supra super l. 55. Taur. hodie l. 2. supra hoc tit. Et praeterea in terminis nostrae huius l. haec distinctionem & resolutionem sic interpretans nostra leg. tenet & probat Palat. Rub. super ea. q. 2. & iterum in d. l. 55. 2. dubio siue q. Eam quoque optimam appellat Didac. Perez in l. 1. tit. 8. lib. 3. Ordinal. 1034. versio. 3. probatur: & seg. Mariene. hic gl. n. 9. Non obstat generalitas nostrae l. & regula, ratihabitione retrotrahitur, & quoniam debent intelligi & limitari, praeterquam si ab aduersa parte fuerit prius oppositum de defectu solemnitate, & sic de nullitate: quia tunc in praedictum ipsius tertij ratihabitione non sortitur praed. effectum, nec vllam valorem, per supra dicta.

SVM MARIA.

- 1 Mulier debitorix vel heres debitoris fisci, an possit capi & incarcerari pro debito civili fiscali? & n. sequenti. pars negatur a eligitur atque probatur.
- 2 Debitor fisci in vinculis detinendi sunt, donec re vera debitum fiscale exsoluerint, nec relaxandi sunt, etiamsi idoneos fideiussores de sane amentis praestiterint, in alio vero debitoribus privatorum, secus est.
- 3 Mulier pro debito, quod ex delicto non de cedit, non potest capi, nec in vinculis desineri, etiamsi debitum sit fiscale.

L. 8. & 10. tit. 3. lib. 5. Nov. Collect. Regie.

QUESTIO XXV.

**Q**UARO t' circa l. 8. & 10. tit. 3. lib. 5. Nou. Collect. Regie, an mulier debitorix vel heres debitoris fisci possit capi & incarcerari pro debito civili fiscali. Et quod possit, videtur: nam speciale est in fisco, vt ejus debitoribus in vinculis detineantur, donec re vera debitum fiscale exsoluerint, nec relaxandi sunt, etiamsi idoneos fideiussores de saneamento praestiterint: quamvis capti pro executione aliorum debitorum privatorum cum praedict. fideiussoribus relaxari debeant, vt in l. final. tit. de las execuciones lib. 4. Noue Collect. cuius dispositio in hoc in fisci debitoribus minime procedit.

R

nunc & sic contractus trahatur ad consensum, siue vt ex tunc & sic consensus & ratificatio mariti trahatur ad contractum, sequitur quod fiat hoc per quandam fictionem, quae dicitur translata, quia vnum tempus trahitur ad aliud, iuxta plene notata per Bart. & D. in l. si is qui pro amore ff. de vfu. cap. in qua fictione requiritur habitas extremum: id est, quod omnia sunt in tali statu, quod actus possit de nouo tunc fieri cum consensus interuenit, secundum Bartol. ibidem & probatur in l. qui balneum. §. Titia praedum. ff. qui potior. in pignor. hab. Requirebatur igitur, quod vxor viueret tunc temporis, quando maritus ratificauit: Tunc enim potuisset de nouo fieri contractus: cum autem esse mortua, non poterat de nouo fieri: Ergo dictus contractus per huiusmodi consensum & ratificationem mariti post mortem vxoris sequantur non potest validari nec conualecere: Casus est expres' in simili, qui decidit istud dubium, in leg. final. versio. & ideo ff. commun. praedior. vbi loquitur text. in pluribus dominis no pariter cedentibus, imponentibus seruitutem vel eam acquirentibus, vt ex nouissimo actum etiam superiores confirmetur, perindeque sit atque li eodem tempore omnes cessissent, nisi is qui primo cessit, defunctus sit, quia si post deinde focus cedat, nihil agit, nec retro seruitus acquirit videtur: per quem text. optimum casum, de quo fuit consultus, decidit Paul. Castr. confil. 435. per totum, praecipue numer. 3. in prima parte consil. cuius de cetero conferre potest in proposito. Praeterea probatur expressus postea de re hac sententia: quia actus non potest haberi ratius eo tempore, quo non potest celebrari, secundum Bald. in l. 1. quest. 7. C. de iure delib. quem refert & sequitur Doctor. Castell. in hac l. 58. Taur. glo. 10. in fin.

Quibus fundamentis hanc partem tuetur Paulus de Cast. confil. 438. in primo dubio. nu. 1. 2. p. consil. loquens in vltima dispositione facta a filiosam. mortuo in patris potestate, quae non potuit valere iure testamenti nec codicillorum, vt in l. qui in potestate ff. de testam. & in l. 2. ff. de legat. & in l. penult. C. qui testam. facer. poss. vt nec etiam valeat iure donationis causa mortis, quia tempore, quo pater approbauit dictam dispositionem, filius erat iam mortuus: quam Pauli doctrinam probauit Tiraquel. de legibus communi lib. glo. 4. n. 18. & eam in propriis terminis nostrae questionis egregiam appellat Iacob. Menoch. de arbit. iudic. lib. 1. q. 69. n. 6. dicens quod consensus mariti exigatur a statuto in contractibus vxoris, mortua vxore, vir consentire non potest, cum iam vxoris morte voluntas esse desierit.

Et tenendo hanc partem, quae vt praedixi, est tenenda, non obstant adducta pro cōtraria, quia debent intelligi iuxta iuris dispositionem, quando scilicet, approbatio, ratificatio & consensus mariti, licet post contractum vxoris ex intervallo interueniat, fit tempore habili ac debito, quod possit iuris fortit' effectum: nepe in vita vxoris contrahentis, a hias secus, in praedictum tertij, cui est ius quaesitum, per mortem mulieris vt non possit postea a marito ratificari contractus ab vxore celebratus absque sui viri licentia, sicq; intelligenda & supplenda est nostra l. 58. Tauri, quae concordat cum iure communi supra adducto pro primo fundamento contrariae partis, per supra dicta distinctionem, nempe dict. l. in fin. ff. commun. praedior. quae interpretatur & declarat modo supra dicto praedictum ius commune.

SVM MARIVM.

- 1 Ratificatio viri contractus gestis ab vxore absq; eius licentia, an semper & indistincte fieri possit, vel ita demum si ab aduersa parte non sit oppositum defectu licentiae mariti? Hoc vltimum probatur.



Eadem 11.8. & 10.

QUESTIO XXVII.

**Q**uæro præterea & tertio, circa eandem leges, an mulier nupta meretrix vel luxuriose vivens possit capi & detineri pro debito civili? Et non possit, ratio in promptu est, nempe, ne alius quam maritus ejus vel incidenter de ejus agat adulterio, in opprobrium mariti id ignorantis vel locantis & dissimulatis: ageretur enim de honore matrimonij, & de tori cõjugalij violatione, si admitteretur probatio de prædict. luxuria: quam necessarium esse probare, vt mulier capi possit, & ideo alij quam marito de hoc agere non permittitur: argum. text. in leg. si vxor, §. drom Severus, ff. ad l. Julian. de adulter. vbi probatur, quod meretrix nupta nõ potest accusari de adulterio. Lex igitur nostra Regia decidens, quod possit capi pro debito civili, intelligenda est de muliere soluta, non vero de nupta, vt in simili tenuit Ioan. Andreas in addit. ad Specul. in rubric. de iniurijs, in 1. edicione: & in specie notat additio Bart. in Authen. matri. & avia, C. quando mulier tutel. officio fung. poss. & sequuntur Glossatores d. l. 52. Taur. ita intelligentes & limitantes eam, præcipue Cifuentes prope fi. Palat. Rub. n. 8. Castell. gl. 1. in fi. Gomez Arias n. 13 & 21. & Ant. Gom. bin. 7, alios referentes Palat. Rub. in res. cap. per vestras 3 notabil. §. 21. n. 22. de donat. inter vir. & vxor. Roder. Suar. in l. 2. tit. de los gobiernos, quest. 3. vers. 2. limit. n. 6. Doll. Covar. de sponsa, 2. p. r. 8. §. 11. n. 6. Joan. Orosc. l. f. a. i. s. i. que pena, nu. 4. ff. de in ius vocan. sequitur plurimos efrems & credens esse verissimam Petrus Duennas in Reg. 12 in 2. limitatione, & Aviles innuens esse communem in proem. cap. præ. gl. 1. n. 27. Doll. Ant. de Padill. in l. r. an figere, n. 93. C. de tran. iud. Gasspar Baeca de inop. debiti. credit. addicend. c. 15. n. 8. & 19. Petrus Plaza de delict. c. 34. n. 13. & plurimos referens novissime Matie. c. in d. l. o. gl. 3. n. 4. vbi testatur esse communem.

2. Hanc tamen communem sententiam limitat Hippolyt. de Marfil. in repet. l. unic. n. 1. C. de rapt. virg. vt non habeat locum in meretrice maritata, quæ habet maritum vnum lenonem vel infamem: quia tunc reputatur pro meretrice non nupta. dicens id tenere Ioan. Baptif. de Sanct. Sever. ibique hoc probat. Sequitur idem Hippolyt. fong. 279. proci. refert & sequitur Aviles in proem. ec. vi. et. n. 27. circa fi. & Soc. Soc. in l. plei. rigne, nu. 41. ff. de ius vocand. Petrus Duennas vbi supra d. limit. 1. dicens multum in hoc valere consuetudinem patriæ & occasionem, scilicet si mulier meretrix contraxit matrimonium cum aliquo homine vili vel infami, & habito testimonio matrimonij, jilico recedit ab vxore & sic matrimonium nihil aliud operator, nisi vt istud privilegium fraudetur, vt tenet Ludov. Gom. in cap. mulieres, n. 2. de iudic. lib. 6. Eandem etiam limitationem sequitur Ioan. Orosc. vbi supra & Matie. vbi supra, num. 4. plures referens, idemque post alios probans, quando consensu mariti meretrix est.

Sed sunt nonnulli, qui contra præd. communem sententiam expresse tenent, nempe quod mulier luxuriose vivens, etiam maritata, possit carcerari pro debito civili: quia talis mulier non debet habere aliquod privilegium ex matrimonio, quod violavit: ita Philippus Decius in cap. Pistoralis, n. 28. de iudic. vbi respondet text. n. d. l. si vxor, §. 1. ff. ad l. l. ul. de adulter. sequuntur alij relati per Petrum Duennas, vbi supra, ultra quem pro hac opinione contra communem nimis infringit hæc nostra l. 62. Taur. dum à regula favore mulierum introducta, vt ipsa pro nullo debito civili

possit capi, excipit luxuriose notorie viventem, hæc distinguit, an sit soluta, nec-ne, sicque generalis est in exceptione.

Secundo & fortius contra communem facit l. 3. tit. 7. part. 3. dum dicit: *Duenna casada, o viuda, o doña, o otra muger que viva honestamente en su casa, no deve ser emplazada ninguna dellas, de manera que sea tenuda de venir personalmente ante los indagadores para fazer de derecho en el pleyto que no sea de infamia de sangre, o de otro escarmiento.* Nam per hæc verba relata ad principium ejusdem libri, *Duenna o casada*, videtur decidi, quod etiam mulier cõjugata si sit inhoneste vita, possit re & verbo citari personaliter, & sic non habeat locum supra dict. communis opinio, vt in terminis advertit Greg. Lop. ibidem dicens, *Tandem cogit*: quia cum l. Taur. 62. loquitur indistincte & ista lex ponat qualitatem honestatis etiam in vxorata, forte non procederet. illud dictum, scilicet communis opinio supra relata.

Ego vero communem opinionem superiorum sequi malo, tum quia receptissima est, tum etiam & verior & honorem matrimonij concernens: postremo quoniam motiva Gregorij contrarium tenentis non sunt peremptoria. Nam nostra l. 62. Taur. in sua limitatione quamvis generaliter & indistincte loquitur, debet intelligi, declarari & distingui juxta juris dispositionem supra relata, & ita communiter per nostros Hispanos interpretata est, à qua communi & recepta interpretatione durum esset in præxi recedere, cum ipsa etiam consona sit juri & rationi, nec sit novum leges generales noviores per priores intelligi, distinguere & limitari, vt in l. non est novum, D. de legib. Præterea dic. l. pattitæ & non multum stringit contra communem, quoniam argumentum quod ab ea sumitur à Greg. Lop. est à contrario sensu, quod deprimi non debet in correctionem juris communis l. final. §. sily autem fami. C. de bonis que liber. sancta l. penultima. C. qui testam. sui. poss. re. in cap. a nobis 2. de sententia excomm. & ibi Abb. Fel. Everard. in sua Centur. legal. loco quartæ. Et quamvis in proposito sumi posset, non includit, nam verba illa, *Que viva honestamente*, possunt referri ad illa *O viuda, o doña, o otra muger*, absque eo, quod referatur etiam ad vxorata, nec inducatur correctio supradictæ communis opinionis. Tertio & ultimo potest responderi, legem illam in sua decitione non agere de captura & carceratione: sed tantum de citatione personali ad iudicium, vt patet ex ipsa, ibi, *Para fazer de derecho en el pleyto que no sea de sangre, & ibi, Por que a faz abunda, que tales mugeres como estas embien sus personeros en unio en los otros pleytos.* Diversa enim sunt, captio & incarcerationio pro debito civili liquido in confessione ipsius vel instrumento publico cõtento: Hac enim locum non habet in muliere nupta etiam luxuriose notorie vivente, vt communis habet, & citatio personalis ad iudicium: hanc enim licet non evitet mulier nupta inhoneste, vitabit tamen captivam realem atque incarcerationem, per supra dicta, & ita meo iudicio præd. lex pattitæ nihil nobis obest. Si tamen mulier sit nobilis ex genere, non perdit prædict. nobilitatem, etiam si sit meretrix, vel faciat quæstum corporis sui, vt in l. si qua illustri. C. ad officium. & in l. senatoris filium. D. de rit. nupt. & in l. filium, D. de Senat. Et ita licet mulier vivat turpiter, si est nobilis ex lege, non poterit carcerari, etiam si sit soluta, vt expressa ad intellectum nostræ l. deduxit Aviles vbi supra, nu. 27. in fin.

SVMARIA.

- 1. Mulier non potest fideiubere pro marito & se obligare simul cum eo, non obstante l. 61. Taur. L. 9.

L. 9. tit. 3. lib. 5. Novæ Collect. Regiæ.

QUESTIO XXVIII.

**Q**uæro ¶ an mulier possit fideiubere pro marito, vel se obligare simul cum eo, non obstante decisi. l. 61. Taur. hodie l. 9. huius tit. 3. lib. 5. Novæ Collect. Regiæ: Hanc questionem hæc examinavi pro vtrâque parte in meo tractatu de Iuramento Confirmatorio 1. part. c. 55. nu. 6. & sequent. vbi tenui partem affirmativam, eam probans adversus gl. 1. in Authen. si qua mulier, C. ad Velleian. & Mexiam qui in terminis nostræ l. tenebat contrarium quam ibi tenui, nunc quoque probo, & quia nihil amplius se offert dicendum in hac questione, ad ibi dicta à me remitto.

SVMARIA.

- 1. Mulier an possit fideiubere pro marito quoties manifeste & evidenter probatur debitum esse conversum in utilitatem ipsius mulieris & n. seqq. per totum quæst. pars affirmativa eligatur atque probatur.
- 2. Confessio vxoris sola non sufficit ad probandum, quod pretium vel debitum est conversum in utilitatem eius, nisi aperte probetur.
- 3. Confessio sola inter prohibitos donare non valet, nec probat.
- 4. Intellectus l. 61. Taur. hodie l. 9. tit. 3. lib. 5. Novæ Collect. Regiæ.

Eadem l. 9.

QUESTIO XXIX.

**Q**uæro secundo circa eandem l. dum probat, *Que la muger no se pueda obligar por fiadora de su marido, aunque se diga y alegue que se convirtio la tal deuda en provecho de la muger: Quid si hoc casu manifeste & evidenter probetur debitum, pro quo fideiussit mulier pro vero suo, conversum esse in ipsius mulieris utilitatem, mulier teneatur & sic obligari & fideiussio valeat, nec-ne? Et videtur hoc casu mulierem teneri, saltem ex æquitate, propter utilitatem, quam sensit ex illo contractu, n. gum. l. si & me & Titium. D. si cert. peti. præmaxime ex sententia Pauli Castr. & communi in l. fin. C. de negot. gest. vbi habetur, quod licet quis agere nõ possit actione negotiorum adversus eum qui prohibuit negotia sua geri, nihilominus tam ex æquitate propter utilitatem, quam ex illo negotio gesto sensit, poterit contra eum agi. Sequitur Tiraq. in tractat. de Nobilit. cap. 6. n. 19. Ad idem conducit sententia ejusdem Pauli & communis, in l. his sola, D. de cond. indub. quæ habet quod si pecunia mea indebite soluta creditori putativo perveniat ad alium iure causâ, & ex ea fit factus locupletior, possunt contra eum agere æquitate præd. si me & Titium. Nemo enim debet locupletari eum iactura aliena, iuxta iuris regulas vulgares, & quod præd. sententiæ Pauli sint communes, refert D. Ant. Gom. in d. l. 61. Taur. n. 2.*

Sed contra hanc sententiam videtur expressa nostra l. Reg. 61. Taur. quæ aperte vult constituere differentiam in casu, quo vxor exiit fideiussor mariti, & quando exiit ita debendi vna cum ipso, vt patet in verbis supr. in proem. huius quæst. relatis, ibi, *Aunque se diga, & c. & in 2. parte. huius libri, Salvo si se proovare.* Ergo si tantum se obligavit tanquam fideiussor mariti, non tenebitur, etiam si debitum conversum fuerit in utilitatem ejusd. vxoris, vt in eadem l. ibi, *Aunque se diga y alegue, & c.* Nec obstat, si dicatur, leg. nostram in his verbis statum agere, quando solam allegatur, contractum

versum fuisse in utilitatem vxoris, non vero quando vltra huiusmodi allegationem atque assertionem probatur sufficiente, id verum esse & sic in terminis nostræ quæstio. quasi hoc casu idem dicendum sit, quod in 2. parte nostræ l. deciditur, sicq; vt mulier teneatur: Nam poterit huic objectioni defensor huius quæstionis partis respondere, leg. hanc in sui primæ partis, vtrumque præsupponere, nempe & assertionem, & ejus probationem: Alias enim si de sola allegatione absq; probatione asserti intelligeretur, indubia esset, cõtra leg. quod Labeo, ff. de Carbon. edict. essetq; præterea legem verbis imponere & non rebus, contra l. 2. Communia de legat. Rideliculi enim esset existimare, aliquid in iudicio prodesse allegationes partium, nisi probentur: Acto enim quod asseverat probate teneatur, vt in iuris tria regula, *Lact. quod asseverat, C. de probat. cum mille similib.* Sicque intelligendum est, quod dicitur, merita negotiorum partium assertionem panduntur, vt in l. si. C. si per vim vel alio modo, nempe probationibus factis, vt intelligit gl. si. ibi in fina. v. v. v. v. v.

Nihilominus tamen lex nostra in sui 1. part. de qua nunc agimus, hoc videtur de novo addere, vt quamvis actore jure communi sola confessio vxoris non sufficeret ad probandum, quod pretium vel debitum est conversum in utilitatem ejus, nisi aperte probetur: quia præsumitur donatio alias, quæ inter conjuges est prohibita, vt tenet Bart. & communiter DD. in Auth. si qua mulier, C. ad Velleian. post Alberic. ibi, n. 5. Doll. Castell. in hac l. 61. Taur. in gl. si se proovare, & Palat. Rub. hic n. 5. communem testatur Ant. Gom. d. n. 2. ad fi. Non tamen valet nec probat sola confessio inter prohibitos donare, per text. in l. qui testam. sum. ff. de probat. & in in l. si forte, D. de castren. pecul. & plurib. probat. Tiraq. in l. si unquam verb. donatione largitus, nu. 175. C. de revoc. donat. & de legib. communi lib. gl. 5. q. 10. nu. 1. & 2. & sequent. testatur communem Roland. à Valle, plures referens consil. 98. n. 53. lib. 1. refert plurimos idem Tiraq. de vtroque retrahit, n. 1. gl. 18. nu. 80. & late per Avend. cap. 29. præ. 2. part. n. 10. & sequent. Et hæc est vera & communis resolutio, vt plurimos referens resolvi in meo tractat. de Iuramento Confirmatorio, 1. part. cap. 1. n. 16. n. 21. & est receptor Doctorum sententia, secundam Matie. plures allegantem in l. 15. gl. 12. n. 6. tit. 10. lib. 5. Novæ Collect. Regiæ. & in specie nostra idem tenet idem Matie. in præfatis l. 9. gl. 2. nu. 3. in proposito tamen nostræ quæstionis principalis, de qua agimus, non sufficit assertio & cõfessio mulieris & præterea probatio, quod debitum, pro quo fideiussit pro marito, fuit conversum in utilitatem ipsius mulieris, & sic hoc casu non habeat locum præfata cõmunis sententia de jure communi, quod videtur lex nostra noviter disponere in sui prima parte, provt eam intelligit Doct. Anton. Gom. in d. l. 61. Taur. n. 2. ad fin. qui per totum numerum hanc secundam opin. probat, nempe, vt mulier non possit fideiubere pro marito, etiam si probetur manifeste & evidenter quod debitum fuit verè conversum in ipsius mulieris utilitatem.

His tamen omnibus non obstantibus contraria sententia affirmativa & sic prior est verior & tenenda meo iudicio: imo quod mulier, quæ pro viro suo intercessit atque vt fideiussor se obligavit pro debito, quod probatur conversum fuisse in utilitatem ipsius mulieris, teneatur, atq; obligatio valeat & teneat pro rata illius utilitatis quæ mulierem concernit per nostram l. in 2. p. incipient. T. assi. misse, quæ licet loquatur in obligatione demandum, quando mulier se obligat simul cum marito in vno vel diversis contractibus: nos vero agamus de obligatione fideiussoria mulieris pro marito, quod est diversum.

Ista tamen l. Regia nullum discrimen constituit

ter hos casus, sed in utroque idem disponit: quia nulla ratio differentie. quæ realis sit, potest assignari inter unum & alterum, quandoquidem in utroque præsupponitur debitum verè cõversum fuisse in vtilitatem mulieris, idque evidenter constare: & quod ambobus casibus idem disponat, patet in principio secundæ partis libri, *¶ an si misit mandamos, que quando se obligaren de mancoman marido y muger en un contrato, o en diversos, que la muger no sea obligada a cosa alguna.* Ecce quomodo lex idem decidit in hoc secundo casu, quod in primo respectu regulæ generalis negatiuæ, vt mulier, siue tanquam fideiussor, siue tanquam correa debendi cum marito non teneatur, idque evidenter constat ex illo verbo, *¶ assi misit, quod coniungit ambos casus, atque eos paritæ & idem in utroque decidit.* Restat nũc ostendere, quomodo idem duo casus pariter sententur per nostram legem in exceptione ab ea posita, nempe quando debitum conuersum est in vtilitatem mulieris: Nam potius videtur in hoc cõstitui differentia per nostram legem inter primum & secundum casum. Nam in primo, qui est de fideiussione, inquit l. ampliando regulam negatiuam supradictam, *¶ Anque se diga y a legue que se cõurtio la tal deuda en prouecho de la muger.* In secunda vero parte, que de obligatione de mancoman agit, asseritur exceptio, *¶ Saluo si se prouare que se conuirtio la tal deuda en prouecho della.* Sed dico, quod hæc exceptio vltimo modo relata refertur ad vtrumque casum præcedentem, nempe fideiussionis & obligationis de mancoman mulieris: vt sit sensus, quod mulier nec tanquam fideiussor, nec tanquam principalis de mancoman non possit se obligare pro marito, nec in aliquo teneatur, nisi probetur debitum conuersum fuisse in vtilitatem ipsius mulieris: Tunc enim pro rata vtilitatis eam tãgentis, extra necessaria ad quæ maritus eidem talis tenebatur, ipsa attingetur, quia clausula in fine posita, refertur ad omnia capitula præcedentia, vt in c. in iustis, & ibi gloss. fin. c. in e. 2. reguira de appell. & Doct. ibidem, & in l. 3. §. si filius, præcipue §. ibi, num. 22. & 23. ff. de liber. & post. in l. 1. §. ibi Segura, n. m. 81. & 84. & Di. d. Perez. in ap. ibidem, n. 3. Et ille est verus & literalis sensus nostræ l. Neque obstat exceptio in ea posita ad primum casum fideiussionis, quæ videtur contraria supradictis, ibi: *¶ Anque se diga y a legue q. si conuirtio la deuda en prouecho de la muger.* Nam respondeo, hoc loqui atque debere intelligi, si hoc in ipso contractu vel instrumẽto fideiussionis dicatur, vel in iudicio allegetur. Præsumitur enim inter tam coniuñctas personas fraudulenta cõfessio metu vel amore nimio, blanditiisve emanata & ideo ipsa sola non sufficit, nisi vere & realiter probetur debitum conuersum fuisse in vtilitatem mulieris, vt secunda pars nostræ l. inferius exprimit, ibi: *¶ Saluo si se probare.* Et itaque iuxta hoc lex hæc potius conlonat & concordat cum iure cõmuni supra relato, quã illud corrigat: correctio enim iuris communis, nisi expresse inducat, minime est facienda, vt in l. præcipue 24. Codic. de appellat. & in l. ianuisius, C. de testam. cum similibus, sciuta sunt iuribus concordanda, vt euitetur legum correctio l. vnic. C. de iustis. dot. capis. cum expresse de electio. libro sexto, sed in dict. prima parte nostræ l. etiam si dicatur, *¶ Anque se diga y a legue que se cõurtio la tal deuda en prouecho de la muger,* non tamen additur, *¶ se prouare.* Ergo hoc non est suppleendum in correctionem iuris communis, quinimo contrarium asseritur in secunda parte, ibi: *¶ Saluo si se prouare.* Quæ exceptio vtrumque casum comprehendit & mente & ratione, vt supra est dictum: Tenenda est igitur hæc nostra sententia, atque verissimus intellectus ad legem nostram Regiam, pro vt rectius aduertens tenuit Martiencin præsent. l. o. gloss. 12. per totum, vbi duas vtilitates

cõsiderat in favorem mulieris, nempe si quid ob causam fideiussionis eidem datum fuerit, quo casu nõ iuratur beneficio Velleiani etiam inter extraneos, vt in l. antiqua, C. ad Velleian. & in l. 3. vers. si la quinta, tit. 12. p. 5. & ibi Greg. Lop. vel melius si contractus est marito vilis, erit consequenter vilis ipsi uxori propter medietatem luctorum que constante matrimonio obvenit, quorum medietas pertinebit ad uxorem. Nec supradictis obstat obiectio supra facta, nempe quod in leg. nostrâ in illis verbis, *¶ Anque se diga y a legue,* debeat etiam intelligi, *¶ se prouare,* ne in dubio & tãdula sit. Nam respondeo hoc minime locum habere in presenti, quia si sic intelligeretur, corrigeretur jus cõmune, quod non est dicendum, vt asserui, non enim superfluum fuit, imo decantissimum ad perfectionem l. Regiæ decitiõnem exprimere ea, quæ communi Doctorum sententia iure communi ærant recepta, nempe solum confessionem atque assertionem vxoris de vtilitate contractus sibi tangente non sufficere in proposito, nisi hoc idem probetur, quãdoquidem agimus de personis, inter quas est prohibita donatio, vt sic decisiõ nostræ l. clarior atque plenior fit.

SVM M A R I A.

1. Substantia pupillaris conservatur secundum communem opinionem in casu Authen. ex causa, C. de liber. præ. vel exher. & n. 2.
2. Legata, fideicommissa, tutelæ dationes, libertates, substitutiones pupillares & exemplares, dationes ex sequutorum testamentorum, et potestates ex sequutoribus date, datio curatoris relicta in vim modis vel cõditiones conservantur in casu dict. Auth. ex causa omnia enim hæc continentur appellatione cærorum.
3. L. o. tit. 5. p. 6. attendit an corrigatur communis sententia supra adducta, de qua n. 1. & 2.
4. Substitutio pupillaris hodie attendit hac l. de los testamentos, conservatur in casu d. Authen. ex causa.

L. 1. tit. 4. de los testamentos lib. 5. Nou. Collect. Regiz.

QVÆSTIO XXX.

QVæro ¶ primo circa l. 1. tit. 4. de los testamentos, lib. 5. Noue Collect. Regiz. an ea attendit substitutio pupillaris: exemplaris hodie sustineatur, nullo herede instituto in testamento, condicio iuxta firmam huius l. vel institutio repudiante? Et primo est differendum quid in casu Auth. ex causa, C. de lib. præ. vel exhered. an pupillaris substitutio iniuste exheredatis vel præteritis facta rupto testamento conseruetur: Et postea agemus quid in casu huius l. Regiz.

Et quod in d. Authen. ex causa, de iure communi substitutio pupillaris conseruetur, est communis opinio, secundum Doct. ibidem, & in l. 1. §. final. ff. de vulg. & pupill. post gl. ibi. & alibi pro vt referunt atq; resolunt plurimos allegantes infra statim citandi, idem probates in exemplari substitutione: Hæc communis probatur in d. Auth. ex causa, ibi, *¶ Cetera namque firma permanent.* Nec obstat si dicatur, hoc intelligi de illis, quæ absq; heredis institutione cõsistit possũt, secus in ijs, quæ necesse & præciõ exigũt præuiam heredis institutionem, pro vt pupillaris substitutio. Nam respondeo, quod etiam pro valore legatorum requirebatur iure communi heredis institutio, qua deficiẽte esta mentum erit nullum & legata minime debebuntur, vt in l. eam, quam, C. de fideicom. l. ex verbis. l. si veritas, C. de ord. tit. & nihilominus hodie in casu d. Auth. ex causa, conseruantur legata, se cõmune omnes absq; villo

villo dubio. Noluit enim tex. ille destruire omne, quod dispositum fuerat à testatore, sed id tantũ, in quo ipse deliquit, nempe in exheredando iniuste vel præteritũ filium: pœna igitur erit circa annulationem institutionis, quæ præteritũ extraneum filio, in ceteris vero non peccauit. Ergo merito non punitur, sicque valent legata & fideicommissa, tutelæ dationes, libertates substitutiones pupillares & exemplares, dationes ex sequutorum testamentorum, item potestates ex sequutoribus date, datio curatoris relicta in vim modi vel conditionis: omnia enim hæc continentur appellatione ceterorum secundum Cornueum in dict. Authen. ex causa, numer. 3. Et de substitutione pupillari, vt intelligatur valere, vbi statuitur, vt cetera valeat in testamento, est textus expressus melior de iure, in l. qui plures liberos, §. si à matre, ff. de vulg. & pupill. l. nam quod, §. vltim. ff. ad Trebell. nec diuersa ratio assignari possit, quare legata hoc casu sustineantur, pupillaris vero substitutio minime, cum vtrumq; ante illius Authen. decisiõnem requiretur pro sui valore institutionem heredis, vt prædict. est.

Obiici tamen possit huic probationi communis sententiæ, verba illa dict. Authen. ex causa, cetera namq; firma permanent non esse Iustiniani: quia non reperiuntur in corpore vnde sumitur, nempe in Auth. vt cum de appellatione cognosc. §. aliud quoque capitulum, sed Irnerij, qui dict. Authen. ex causa, postea multo tempore, sic & alius Codici adscripsit, sicque verbis illis non standum esse fidem, præ originalibus in corpore contentis: Hæc tamen obiectio nullius est momenti: nam supradicta communis sententia clarius probatur in dict. Authen. vt cum de appell. cognosc. siue igitur omnes memoratũs in vers. si vero congereri, collat. 8. vbi disponitur, quod si pater exheredauerit filios sine causa vetera, nullum exheredatis liberis præiudiciũ generetur, sed quantum ad institutionem heredum pertinet testamento euacuato, liberi aqua parte succedant ab intestato. Si vero congerit in quibusdam talibus testamentis quædam legata vel fideicommissa, aut libertates aut tutorũ dationes relinqui vel quælibet alia capitula cõcella à legibus nominari ea omnia iubemus adimpleri & dati illis, quibus fuerint derelicta & tanquam in hoc non deficiunt obtineat testamentum: hinc extracta fuit dict. Authent. ex causa. Et licet Irnerius traduxerit diminute, quia non nominauit in specie supradicta, voluit tamen omnia illa comprehendere sub illo verbo, *¶ Cetera namq;.* cum textus ille magis explicite procedat: Si ergo substitutio fideicommissaria conseruetur in casu illius textus que maius gratiam continet, & datio tutoris, quæ nisi testamento vel codicillis testamento confirmatis dari non potest, vt in l. tutor datum, ff. de testam. tutel. & ibi Bartol. tex. in l. 1. eiusdem tit. & est communis opinio, secundum Doct. in l. 2. ff. de vulg. & pupill. vbi Ripa numer. 33. Ergo & pupillaris substitutio, præ maxime quia pupillaris substitutio moribus introducta est in favorem filiorum, nempe vt patres pro eis testentur, vt in dict. l. 2. cum similibus. Si ergo hoc casu conseruet substitutio pupillaris, redundet in damnum filii, quod non est dicendum. Non obest quod contra supra. inductionem argumentati sunt Rip. & Ioan. Ign. dicentes tutelã etiam sine testamento vtiliter dari solere in hoc vt confirmetur, vt in l. 3. ff. de confirm. tutor. Nam vtget nihilominus text. in dict. §. si vero congerit, quatenus probat, tutelã ita competere, vt sine vlla iudicis cõfirmatione tutor ad tutelam vocetur, vt expendit. Aet. in d. l. 1. §. fin. n. 7. vers. sed ad hoc respondetur ff. de vulg. & pupill. Nec etiã obstat, quod cum pupillaris facit exheredatus vel præteritus, in eadem dispositione, nõ potest dici ei omnino favorabilis pupillaris substitutio, præsertim cõ per

eam si conferretur, excludatur mater aliq; heredes legitimi. Nam quod pupillus fuerit præteritus vel iniuste exheredatus, non tollit fauorem substitutionis pupillaris, qui fit per eam pupillo, cõ prædicta substitutio eidem non tollit hereditatem, quam tamen substitulerat exheredatio vel præteritio: sed cum decedere testatum efficiat, in quo consistit prædict. fauor. Præterea quod mater & alii cõsanguinei excluduntur per substitutionem pupillarem expressam, ad rem nõ pertinet, cõ adiuu militet prædictus fauor pupilli, vt restatus decedat: Nec etiam obest quod l. si in 8. part. 6. quæ consonat dict. Auth. ex causa, & corpoti vnde sumitur, tantum exceptit legatorum & libertatum conseruationem, cetera vero capitula d. Auth. nõ expressit: Nam non ideo ea respuit, sed tantum omisit, relinquendo eam dispositioni iuris communis.

Quo fit vt communis & recepta sententia supradicta verissima sit, quæ sequitur & cõmune testatorum Di. Anton. Gom. in l. 24. Tit. 1. 3. & Greg. Lop. in l. 10. tit. 5. part. 6. in gloss. de defataria, & Doct. Cõti. in repetitione, c. si pater, 3. part. 1. vers. cõsuetudum, num. 9. & sequenti de testam. in 6. vbi testatur cõmune probabiliorem & veriorerem plures referens & multipliciter amplians atque eam ex prædictis fundamentis latissime probauit & defendit ab aliorum impugnationibus plures referens Tellus Fernandez in l. 3. Tit. 4. part. 1. num. 1. & sequens, affirmans esse cõmune & non esse recedendum ab ea in iudicando & cõsultado. Eandem etiam sequitur & cõmune appellat plures quoq; referens Martien. in gloss. 14. num. 81. & sequenti. Nihilominus tamen contrariam sententiam tenuerit Dyonis. Petri à Bellapertica, Bald. & Ioan. Ign. in dict. Authen. ex causa, n. 27. colque referens pluribus comprobat, profertens contrariam esse cõmune, doct. Di. d. Couar. in repetitione, cap. Reynatus, §. 6. numer. 3. & 4. de testam. præcipue vbi extraneus est substitutus, pupillo iniuste exheredato vel alius pupillo præterito, iuxta gl. in dict. 1. vers. exheredatis, & in dict. 1. si pater, vers. eadem filio tenet inter terminis Angel. in dict. Authen. ex causa, n. 6. & ibi Bald. num. 30. Bartol. in dict. l. 1. §. fin. numer. 1. et. Ripa in dict. l. 2. n. 33. vers. secundus casus, Roman. consil. 181. num. 3. & alij velati per Couar. vbi supra numer. 4. quos ipse sequitur, aduersus alios tenentes adhuc in his casibus cõmune superiorem sententiam. Sed præcipuum fundamentum ipsius est, quod supra est adductum, cuique iam responsum fuit; nempe testamentum patris esse necessarium, vt substitutio pupillaris conseruetur, vt in §. liberis, ff. de pupill. substit. & in l. 2. §. prius, ff. de vulg. & pupill. substit. & est testamentum patris euanescit tollitur & pupillaris substitutio, vt in dict. l. 2. §. nam si. l. P. apinianus, §. sed nec impuberis, ff. de iustis, testam. dict. §. liberis. Item quod dicit, Authen. ex causa, tantum conseruat legata & cetera, ad quorum validitatem non est necessaria heredis institutio. Sed quod magis vrgere videtur pro hac secunda sententia contra cõmune, est l. 10. tit. 5. part. 6. vbi probatur eadem opinio, secundum Couar. vbi supra, inquit enim l. 1. Otero si decimas, que seyendo quælibet modo por alguna razon de hercha el testamento q. huuere hecho al un testador, en que huuiese dado sustituo el padre a su hijo, o a alguno otro en la manera q. es dicha pupillar q. se defataria la sustitucion por ende. Et ita Greg. Lop. in dict. gl. de defataria, inquit. Primo nota per prædict. l. corrigi hodie supradictam cõmune sententiam, sicque per prædictam iam secundum hanc opinionem vel ipso Couar. iudice fuit iudicatum, pro vt refert Tellus Fernand. vbi supra n. 4.

Quid tenendum in articulo adeo cõtrouerso: Certe cõmune opinio supradicta est verior, rectiusque fundata, ideo tenenda in iudicando & cõsultando per